Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

statuum procedentem
de sede dei et agni. In
medio platee eius et
utraq; parte fluminis
lignum uite afferens fructus xii
menses singulos reddens fructu
suum. et folia ligni ad sanitatem
gentium. et omne maledictum non
erit amplius. et sedes dei et agni
in illa erunt. et seruientes eius
illi. Et uidebunt faciem eius et
nomen eius in frontibus eorum.
et nox ultra non erit. Et non egebunt
lumine lune neq; lumine solis quo
niam dominus deus illuminabit il
los et regnabunt in secula seculorum
Et dixit mihi. Hec uerba fideli
sima et uera sunt. et dominus deus
spiritum prophetarum misit in ange
lum suum ostendere seruis suis que
oportet fieri cito. Et ecce uenio
uelociter. Beatus qui custodit uerba
prophetie libri huius. Et ego io
hannes qui audiui et uidi hec. Et cum
audissem et uidissem cecidi ut
adorarem ante pedes angeli qui
mihi hec ostendebat. Et dixit mihi
Vide ne feceris. conseruus tuus
et fratrum tuorum prophetarum
et eorum qui seruant uerba
prophetie libri huius. Deum adora
Et dixit mihi. Ne signaueris uerba
prophetie huius libri. tempus enim
prope est. Qui nocet nocebit adhuc
et qui in sordibus est sordescat adhuc
et sanctus sanctificetur adhuc
et iustus iustificetur adhuc. Ecce
uenio cito. et merces mea mecum est
reddere unicuiq; secundum opera
sua. Ego sum alpha et o. primus et
nouissimus. principium et finis. Be
ati qui lauant stolas suas in sanguine
agni. ut sit potestas eorum in ligno
uite. et per portas intrent in ciuita
tem. foris erunt canes. et uenefici. et
impudici et homicide. et idolis serui
entes. et omnis qui amat et facit men
dacium. Ego iesus misi angelum
meum testificari uobis hec in ecclesiis.
Ego sum radix et genus dauid. stel
la splendida et matutina. Et sponsus
et sponsa dicunt uenite. Et qui audit
dicat uenite. Et qui audit sitit uenite
ad me et bibat. et qui uult accipiat
aquam uite gratis. Contestor ego
omni audienti uerba prophetie
libri huius. Si quis apposuerit ad hec
apponet deus super illum plagas scrip
tas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetie
huius. auferet deus partem eius de
libro uite. et de ciuitate sancta. et
de his que scripta sunt in libro isto.
dicit qui testimonium phibet istorum
Etiam uenio cito. Amen. Veni do
mine iesu. Gratia domini nostri
iesu cristi cum omnibus uobis. Amen.

Finito libro sit laus et gl̃a cristo.
Scriptori munus detur vos aut
equus vinus. Amen. Amen. Amen